



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Liber Theologiæ Moralis, Viginti Qvatvor Societatis Iesv  
Doctoribvs Reseratvs**

**Escobar y Mendoza, Antonio de  
Lvgdvni, 1659**

II. De vsurarum restitutione.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41066**

## C A P V T II.

*De Vsurarum constitutione.*

12. **N**um v<sup>s</sup>ura mentalis restituenda est? Etiam restituenda debet, si ex parte vtriusque animus depravatus, vel ex parte mutuatarii dantis inuoluntariè; si mutuans occupat v<sup>s</sup>uraria intentione, dum purat ita dedisse mutuatam, tenetur restituere; at ut cognoverit ex gratitudine dedilicata potest retinere.

13. **Q**uid de v<sup>s</sup>ura reali? Restituendum eisdem modo magis acceptum per realem v<sup>s</sup>uram, quæcumque res sit, sive in se, sive in valore si non extet; damnum item illatum, & lucrum cessans; expensæ etiam, quas mutuans intencionis cuperanda re sua fecisset; officium præterea temporis regnum ex mutuo.

14. **N**um bona empta ex v<sup>s</sup>uris possint alienari? Possunt quidem, si habeat v<sup>s</sup>urarius alia, vnde restituat; si non habet, & alienauit cum rei propriæ diminutione, restitutioni obnoxia sunt.

15. **B**ona ex v<sup>s</sup>ura perierunt: num ex bonis proprijs debet fieri restitutio? Bona quidem propria, deficientibus aliis, & remanente obligatione restituendi, etiam restituenda sunt. Ponit immediatum lucrum, quod accipitur ultra sortem sine controversia reddendua: mediatum autem nequaquam, nisi ex re fructifera factum esset.

16. **N**um sint v<sup>s</sup>urarij inualidi contractus? Inualidi sunt contractus facti ex v<sup>s</sup>uris, ita ut qui scienter accepent, restituere teneantur. Validi autem sunt facti ex rebus empiriis per v<sup>s</sup>uras, modò eo tempore v<sup>s</sup>urarius non maneat impotens; si maneat, tunc si is, qui accepit, v<sup>s</sup>urarium induxit, teneatur ad restitucionem: si non induxit, non tenetur, nisi res titulo gratuito esset alienata. Contractus per ultimam voluntatem inualidi sunt, si testator non sit soluendo: validi verò contractus circa res vitæ necessarias.

17. **N**um hæres ad defuncti v<sup>s</sup>uris teneantur? Tenetur plenè, si relicta sibi satis sunt ad soluenda debita, & ad portionem hæreditibus iure debitam. Si verò hæres succedat etiam in crimen v<sup>s</sup>urarij, tenetur in solidum ex persona etiam propria tanquam cooperator v<sup>s</sup>urarum, quæ ab ipso essent acceptæ post mortem. **Q**uid si cooperator non sit? Teneatur solum pro portionibus hæreditariis, non autem ultra hæreditatis vires.

18. Ad

18. Ad quidnam cooperatores usurae tenentur? Profecto cooperatores, qui se tenent ex parte mutuantarij, non tenentur ad restitutionem: secus qui se tenent ex parte mutuantis, & sunt efficax usurarum causa, ut consultores: dantes pecunias illi ad usuras exercendas: conscientes instrumenta, suppressa usura. Ministri principales usurarij tenentur in eius defectum minus principales autem, ut famuli recipientes pignora, numerantes pecuniam, referentes in libros, non tenentur. Proxenetae etiam, qui se ex parte usurarij tenent Aduocati consulentis usuras etiam tenentur. Famuli vero pecunias custodiientes regulariter non tenentur ad restitutionem.

19. Quidnam de accipientibus a usuras dicendum? Mutuum petere ab usurario ex causa, non est peccatum. Porro ille nec tempore necessitatis induci potest ad usuras exercendas; sed tantum a peiori malo auerti, proponendo quod minus est. Soluens usuras non delinquit, nec indirecte praebendo materiam ad usuram. Ergo petere licet. Minime licet petere absque necessitate. Imo utilitas, & commoditas etiam excusant a peccato in petendo. Mutuum vero petere pro illicito opere probabilius tantum esse peccatum veniale.

20. Quenam pœnis usurarij subduntur? Notorij tantum subiiciuntur pœnis; siue sint tales per euidentiam facti, siue per euidentiam iuris, siue per propriam confessionem extra iudicium coram Sacerdote & testibus. Non autem satis est ut notorius quis habeatur, ut laboret infamia.

21. Pœnas recense usuriarum. Prima est infamia, quæ quidem per pœnitentiam tollitur. Secunda, irregularitas, Tertia, suspensio ferenda. Quarta depositio ab officio & beneficio item ferenda. Quinta, amissio usurarum. Sexta, exclusio ab Eucharistia. Septima obligatione usurarij minimè recipienda. Octaua, priuatio Ecclesiasticae sepulturæ. Prohibentur etiam domus alienigenis usurariis locari. Communitates item non facere statuta, quibus usuræ permittantur, ~~si~~ ex communicatione ipso iure lata prohibentur.

22. Quoniammodo se se Confessarius cum usurario gerere debet? Cum notorio se gerat sicuti cum aliis publicis peccatoribus; nisi enim restituat, si potest: vel cautionem det, non est absoluendus, si mors urget, nec possit aliud agere, satis est propositum faciendi, cum soluendi promissione. Cum occulto autem, satis est si promittat restituere, uti possit absolui: nisi alias promisisset, & non soluisset, tunc enim, si potest, restitutio præmittenda.